



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

E C C L E S I A.

A **ECCLESIA** dicitur polluta in sex casibus. I. Quando intra eam effunditur iniuriosè sanguis humanus, vel datur capula naturalis talis effusionis, aut mortis. Secus si extra Ecclesiam etiam desuper in tecto, vel subter speluncam. Non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio: nec percussio quæ non sit mortifera sine sanguinis effusione, quamvis carnes contundat, aut frangat ossa. cap. 27. num. 251. Nouo n. 257.

B Non sufficit fieri sanguinis effusionem ob iustum defensionem, nec effusio facta per furiosum iudicio carentem. Sufficit tamē vulnus infligi intra Ecclesiam, quamvis sanguinis effusio non fiat intra, & quamvis sanguis recipiatur in aliquo vase. Nec etiam sufficit quod sanguis effundatur in Ecclesia, si vulnus fuit extra eam inflictum. Sufficit suffocare aut alias intra Ecclesiam hominem occidere sine sanguinis effusione. Item sufficit effusio sanguinis ob fidem catholicam vulnerati. Ibidem.

C Non sufficit percussio aliquo telo missa ab existente in Ecclesia contra existentem extra eam. Sufficit tamen mors, vel effusio facta

E C C L E S . E L E C T I O . 207

facta in Ecclesia, per tormentum aut telum
foris missum.

II. Casus est per voluntariam effusio-
nem humani seminis, siue viri, siue fœminæ,
siue iuxta cursum naturalem, siue contra,
imo per coniugalem copulam. Non sufficit
tamen emissio facta in somnis. III. Casus
est quando in Ecclesia sepelitur excommu-
nicatus. IIII. Quando sepelitur infidelis.
V. Quando Ecclesia consecratur aut bene-
dicitur per Episcopum publicè excommu-
nicatum. VI. Quando Ecclesia taliter re-
nouatur, quod omnes parietes, vel maior
pars diruuntur. ca. 27, num. 253. Nouo 257.
158.

Per Ecclesiam autem quoad effectum, ut E
maneat polluta, intelligitur etiam ea quæ
non est consecrata. num. 251. Nouo 256.

Ecclesia existente polluta cæmeterium
et contiguum etiam est pollutum, non tamen
e contrario. num. 253. Nouo num.
158.

Nulla occulta Ecclesiæ pollutio impedit F
celebrationem in ea, dum manet occulta,
impedit tamen, vbi primum publicari, aut
diuulgari inceperit, maximè effusio sanguini-
nis, aut seminis. num. 251. Nouo num. 256.

Peccat vero mortaliter qui celebrat in
Ecclesia polluta sanguine, vel semine hu-
mano,

208 ECCLES. ELECTIO.

mano, non tamen erit irregularis. cap.25.
num.83.

G Reconciliatio autem Ecclesiaz consecra-
tæ debet fieri ab Episcopo, & cum aqua be-
nedita à se, vel ab alio Episcopo. Sed recon-
ciliatio non consecratæ potest fieri à pre-
sbytero, cum aqua à se ipso benedicta. Non
tamen sufficit reconciliatio, quando est Ec-
clesia polluta ob infidelem in ea sepultum,
sed etiam radendi sunt parictes. Sufficiet ve-
rò reconciliatio, si aliquis excommunicatus
fuit sepultus in Ecclesia. cap.27. num.251.
252. Nou.256. 257.

Ecclesiaz libertas in quo consistat, vide
tit. excommunicatio 6. §.4. in fine.

E L E C T I O.

Eligens indignum, ex quo malæ guber-
nationes oriuntur, vnum peccatum com-
mittit. cap.11. num.4.

Moniales & monachi qui nullum ordi-
nem habent, facientes tempore interdicti
officia prohibita clericis, peccant mort. &
licet non sint irregulares, fiunt tamen inhabi-
biles ad electionem actiuam & passiuam.
cap.27. num.187. Similiter etiam religiosi,
qui dimittentes habitum sive religionis ad

eam